



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

8. Res sacræ, & Sacraenta ritè, sancteq[ue] tractanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

strahatur (siue iam sit adincestum,
siue melius, ad sacrilegium redu-
cenda) quod ortu ex baptismi Sa-
cramento habeat, & si aliqui pu-
tent nullum impedimentu coniu-
galis usus sequi. In necessitate sicut
baptizando, suscipiendo, non pec-
cat, ita nec contrahit cognatio-
nem propter iuris dispositionem.

Laymann. cit. c. 10 n. 7.

VIII. Sacra menta, & sacras res
sancte tractanda, & habenda, vel
ipse instinctus naturae docet, ut pe-
nitus horu abusus sit abominabi-
lis, si nimirum in alium sine a mi-
nistro detorqueatur, quâ Christus
Seruator instituerit, & Ecclesia Ca-
tholica docuerit. Hinc quâ reue-
retiâ sint Sacra menta habenda, ru-
dis vulgus edocendus est, supersti-
tiosas nimirum praxes de sale, aqua
lustrali, baptismate, cereo paschali,
tanquam ab Ecclesia seuerè prohi-
bitas, quibus frequenter abutitur,

Item

Item exigere. v. g. Missæ Sacrificium ad illicitam furis reuelationem, schedulas vulgo Passauenses clām altari imponere, vt super illas Missæ sacrificium tertio peragatur, & id genus superstitione, & ab ipso Dœmone extremo Sacramentorum, & sacrarum rerum hoste, in contemptum inuenta: vt tacenda sit illa summa iniuria venerabili Sacramento illata, quando sacrilegè ad beneficia seu maleficia usurpatur.

*Vide Delr. t. 2. Disqui. Mag. l. 3.
p. 1. q. 7. s. 1. §. Decimum.*

Non tamen carpendum est hic prudentum medicorum catholicon rum consilium, cum (quando naturalia medicamenta nihil operantur) & sit suspicio maleficij, ex sale benedicto, aqua baptis malii, lustrali, cereo paschali, aut ex aliis benedictis herbis emplastrum conficiunt, vt nimirum per adpli-

ad applicationem rerum benedictarum maleficia, quibus permittente Deo Sagæ mortales morbis quandoque grauissimis afficiunt, soluantur, ac impediatur nocumentum cum pacto tacito Dæmonis illatum.



I Caput